r ALEX. ¶In iudicium pꝛoponatur. Qualiter cōſuetudo pꝛoponatur in iudicio, adde Bal. in l. ex placito. in x. q. C. de rerum permu. ⁊ Bart. in l. j. ff. de condi. ex lege. ¶Adde etiam poſt Iaſon. que requirantur ad eſſe conſuetudinis, Abba. conſi. liij. ⁊ lvij. lib. ij. conſi. xviij. vbi ponit que ſit differentia inter conſuetudinē ⁊ pꝛeſcriptionem: per Card. conſi. lxvij. per Bald. conſi. cccclxxv. quarto lib. vbi non audet decidere an ſtatutuꝫ valeat, quod credatur libꝛis mercatoꝛum, Ang. cōſi. liij. ⁊ qualiter pꝛobetur conſuetudo, vide Bal. conſi. ducenteſimo trigeſimoquarto. lib. ij. Alex. conſi. cxxxv. lib. ij. ⁊ conſi. xcv. eodem lib. per Oldra. conſi. cxliij. Ang. cōſi. xxv. Abb. vbi ſupꝛa ⁊ conſi. vigeſimo ſexto. ⁊ quinquageſimotertio. vbi dicit quod difficillimum eſt pꝛobare conſuetudinem, ⁊ quod multi aberrant, per Cardinalem, conſi. lxij. an autem conſuetudo tollat legem? dicit Bald. allegās. conſilium cccc. quod tollit, niſi lex expꝛeſſe damnaret: ⁊ per eundem conſi. cxxviij. ⁊ conſi. lxxx. ſecundo libꝛo. ⁊ conſi. ciij. pꝛimo lib. Abbas conſi. tertio, queſtio. vigeſima ſecūda ⁊ an ꝑ contrariam rationem tollatur cōſuetudo, vide Cardi. conſi. cxxxj. an etiam conſuetudo liget eccleſias. Abb. conſi. lxxij. libꝛo. j. dicit quod non omnis que eſt contra eccleſiam, eſt nulla: ſed illa tantum, que in eccleſijs eſt damnoſa, ⁊ que nulla ratione fulcitur, ⁊ non eſt communis tam clericis quam laicis. Vis autem conſuetudinis eſt quod ſi in contrarium eius memoꝛia non exiſtat, tribuit conceſſionem. ⁊ pꝛiuilegium equipollet veritati, illa eſt potens ad acquiſitionem pedagioꝛum, gabellarum, ⁊ alioꝛum iurium fiſcalium vt per Bal. conſi. ccclxxvij. ⁊ conſi. cvij. libꝛo j. ⁊ conſilio xlix. ⁊ conſilio cviij. ſecundo libꝛo. Abbas conſil. vij. libꝛo ſecundo. Cardinalis. conſi. lvij. Andre. Siculus, conſi. xxvj. libꝛo pꝛimo. Item ſolita conſuetudine dubietas declaratur, dicit Bal. conſi. cxxxj. libꝛo pꝛimo. Conſuetudo reddit inualidum quod de iure communi erat validum. dicit Oldradus conſi. cv. Conſuetudine declarantur ⁊ interpꝛetātur ſtatuta. vt per Cardinalem conſi. lx. Conſuetudine induci poteſt, vt femine ſuccedant in feudo, vt dicit idem Cardi. conſi. lxuij. ⁊ dicit Bal. concludendo conſil. clxxxv. lib. j. quod conſuetum eſt, innatum eſt, ⁊ illa poteſt inducere alienationem feudi illi, ſicut matri adhibēda eſt reuerentia. Illa equiparatur iuri naturali, qḋ eſt amodo immutabile, illa eſt potentioꝛ pꝛeſcriptione, ⁊ Iudex nō ſeruans conſuetudinem ſui palatij, venit puniendus vt dicit And. ſicul. conſilio xlvij. pꝛimo libꝛo. ⁊ conſuetudo recipit interpꝛetationem a iure communi vt dicit idem Andr. ſicul. conſilio ſexageſimo pꝛimo. an etiam conſuetudo honoꝛabilis eccleſie poſſit tolli per capitulum ſolum, ⁊ epiſcopum ſolum. vide Abb. conſi. lxxvij. li. ij. Car. cōſil. cviij. ⁊ an ex conſuetudine, que ſeruat in die purificationis de dādis cādelis agi poſſit contra parochianū vide Fed. cōſil. clv. ⁊ an ſi ſtatutū ⁊ cōſuetudo cōcoꝛdāt, ⁊ etiam cū iure cōi, ex quo vel qua agendū ſit? vide And. ſicul. cōſ. xxiij. ⁊ an conſuetudo extēdat de ſimilib. ad ſimilia vide And. ſicul. cōſi. vi. ⁊ an extendat de vna perſona ad aliā, de vno caſu ad aliū ex idētitate rationis, vide Pau. de caſt. conſi. clxij. ⁊ Bal. cōſil. vij. lib. ij. Alexan. conſil. lx. ij. lib. Oldr. cōſil. ccxxv. lib. ij. ⁊ doctori allegāti conſuetudinem eſſe credendū, ꝑ And. ſicul. cōſi. xxiij.

s ALEX. ¶Sellā emptoꝛi. Et dic ꝙ etiā de iure tenet dare ſellam, vt notat Bar. ꝑ illa iura in l. cū qui. §. non ſolum. de fur. ⁊ Bar. poſt glo. in l. ſi vt certo. §. vſqꝫ adeo. ff. commodati.

t ALEX. ¶Pꝛobetur cōſuetudo. Cōſuetudo notoꝛia nō dꝫ pꝛobari Bal. in l. j. C. ad velleia. ⁊ de modo pꝛobandi cōſuetudinē ꝑ Anto. in c. lꝫ ex quadam. de teſti. Ioan. in l. inter pares. ff. de re iudic. ⁊ Bald. hic. ⁊ qḋ dixi de conſuetudine notoꝛia. Adde Bal. in l. ij. C. quando pꝛouocare non eſt neceſ. ⁊ an conſuetudo debeat allegari, dixi in l. ſi adulterium. §. ideꝫ pollioni. de adulterijs. ⁊ dicit Bald. in l. j. in fine. C. vt que deſunt aduoca. par. ¶Vide Alex. conſi. cxxxj. vo. ij. ⁊ cōſil. cxxxvi. eodem volu.

v ALEX. ¶Differt conſuetudo. Et in quo differunt ab vſu, generales tū cōſuetudines nō lꝫ ignoꝛare, vt dixi in l. cunctos populos.

x POMA. ¶Non eſt verum. Vide Iaſo. in l. ſed ⁊ ſi. §. iteꝫ ſi iurauero. ff. de iureiurando.

LEX XXXI.

1 ¶Declaratio factoꝛum venit ad paritatem effectus.
2 Similitudo caſus occurrentis, quando in lege, vel conſuetudine non reperitur, ad quid recurrendum.
3 Executio alicuius diſpoſitionis, ſemper eſt facti.
4 Argui a ratione legis coꝛrecte per conſuetudinem an poſſit.
5 Conſuetudo qñ declaret legem, qñ illam coꝛroboꝛat, qñ illam imitatur, quando tollit, ⁊ qñ per legem tollatur.
6 Conſuetudo, ſumitur tribus modis.
8 Conſuetudo poſtq̄ eſt redacta in ſcriptis, an deſinat eſſe conſuetudo? ⁊ nu. 7.
9 Libellus, peto ſm̄ ſtatuta, ⁊ conſuetudines pꝛocedit.
10 Conſuetudo, vſus, moꝛes, ſtylus, ⁊ pꝛeſcriptio quomodo differant.
Stylus inducitur ab vno, ⁊ reſpicit oꝛdineꝫ loquēdi, pꝛeſcribendi, vel pꝛocedendi.
11 Conſuetudo per quos inducatur, ⁊ qualiter? vſqꝫ ad nu. 17.
18 Conſuetudo qñ inducatur per ſententiam arbitroꝛum.
19 Condemnatus ex foꝛma ſtatuti condictione ex lege nō dicitur condemnatus criminaliter.
20 Conſuetudo quando ſit alleganda in libello.
21 Doctoꝛi atteſtanti de conſuetudine creditur.
22 Iudex de cōſuetudine circa oꝛdinem iudicij, poteſt ſummarie ſe infoꝛmare.
23 Teſtes deponentes ſuper cōſuetudine, quomodo habeāt deponere.
24 Teſtes deponentes ſuper conſuetudine, ſi deponant de diuerſis actibus, quomodo pꝛobent.
25 Conſuetudinis effectus quis ſit?
26 Conſuetudo quomodo liget foꝛenſes. ⁊ nu. 29.
Conſuetudo in contractibus quomodo attendatur, quid in teſtamentis. nu. 28.
30 Conſuetudo laicoꝛum, an liget clericos?
31 Conſuetudo locoꝛuꝫ quos liget, ⁊ ſi extendat extra territoꝛiū.

a **De quibus.** [a] Subtilis eſt, ⁊ cōſueuit repeti. Cōſuetudo in caſibus, non deciſis, hꝫ virtutem mutandi leges in caſibꝰ deciſis, habet virtutem coꝛrigēdi, ⁊ interpꝛetandi quia cum pꝛocedant a conſenſu, ⁊ ſic a pari potentia deſcēdant, debent eſſe equalis effectus. h. d. cum l. ſi de interpꝛetatione. ⁊ l. ſeq. Diuido in duas partes pꝛincipales. ¶Pꝛima ponit effectū, circa caſum a lege non deciſuꝫ. ¶Scḋo effectū, circa caſuꝫ a lege deciſum, qꝛ lex per contrariam conſuetudinem tollit. Secunda ibi, quare. ¶Item pꝛima ſubdiuiditur in tres. Pꝛimo ponit dictū bimēbꝛe vſqꝫ ibi, inueterata. Ibi ponit rō dicti, vſqꝫ ibi,
1 nā cū. ibi rō rōnis, vſque ad verſi. quare. ¶† No. qḋ declaratio factoꝛum venit ad paritatē effectus, vt ff. rem ratā habe. l. Paulus. alia notabilia collige per te. ¶Modo declaremus quedā textualia, que in pꝛima gl. ponūtur. Et pꝛimo videamus exēplū pꝛimi dicti. Et gl. ponit exēplum in feudis, quoꝛum cauſe ſunt deciſe per conſuetudinem, non per legem. Quidam hoc exēplū repꝛobant, dicentes qḋ liber feudoꝛum ſunt leges, nō cōſuetudines, cum ſint ſcripte. Sꝫ an hoc ſit verū, infra patebit. ¶Se

cundo videamus exemplū ſecundi dicti, vbi eſt caſus, vbi nō re-
peritur lex nec conſuetudo, ſed ſimile conſuetudinis. Gl. tenet
quod in conſuetudine feudi eſt qđ filius manchus, qui manum
nō habet, non ſuccedat, quia non poteſt ſeruire feudo. Emergit
caſus de eo filio, qui manū habet, ſed debilitatā, certe ſimile eſt,
quia eadem ratio eſt. Sed certe quilibet iſtorū caſuum expreſ-
ſe eſt deciſus a conſuetudine, vt in vſibus feudorum, an mutus
b vel aliter imperfectus[b] cap. j. Aliud exemplum ponit in mona-
cho ⁊ canonico regulari. ❡ Sed certe hic vterqꝫ caſus, eſt con-
ſuetudine deciſus, ſi de feudo fuer. cōtrouerſi. capit. j. §. qui ele
ricus. ❡ Tertiuꝫ eſt exemplum, vt qui ſuccedit patri ſuccedat
matri in feudo, ſed hic eſt expreſſe conſuetudine deciſus, vt de
feu. femi. cap. vnico. §. j. Aliud exemplum dat glo. de muliere, q̄
nō ſuccedit in feudo, an equiparatur hermaphrodito, qui in eo
ſexu incaleſcit. Quidam hoc reprehendūt, quia eſt idem, non
ſimile, ſed in ſubſtantia eſt ſimilis, quod patet ex verbo, compa
ramus. de ſtatu hominum l. queritur. ⁊ hoc ſequit̃ Cy. ❡ Ter
tio videamus exempluꝫ de caſu, qui non eſt deciſus nec lege nec
conſuetudine, nec per ſimile, ſed per conſuetudinem vrbis Ro-
me. Hic pone exemplum de illo, qui eſt Romanus, ſed apud Ca
noniſtas, poteſt poni in omnibus conſuetudinibus vel opinio
nibus, in quibus dicit Speculator. ſic ſeruat curia Romana.
c ❡ Primo opponit̃.[c] ⁊ videtur, quod † in caſu lege, ⁊ cōſuetudi-
2 ne non deciſo, ſit recurrendū ad ſimile legis, vt ſupra eodeꝫ. l.
nō poſſunt. Hic dicit̃ quod ad ſimile cōſuetudinis, quare male.
❡ Solutio. Dicunt quidam quod hic obtinet, quando ſimile le
gis non reperitur. Certe hoc non poſſet accidere, vel raro, vt
dixi in l. contraria. Alij dicunt quod illa determinetur per iſtā
vel recurretur ad ſimile legis, quādo deficit ſimile cōſuetudi-
nis. ad hoc aſſignant rationē, ſicut fortior eſt cōſuetudo quam
lex, vt hac l. in princi. Ita fortius eſt ſimile conſuetudinis, quā
ſimile legis, ⁊ ideo poſterius ſpectamus? Quod non placet, qꝛ
conſuetudo tollit legem propter tacituꝫ conſenſum populi, qꝛ
ratio ceſſat in ſimili conſuetudinis, in quo nō eſt talis conſen-
ſus, ideo non tollit legem vt l. non poſſunt ſ. eo. vbi expreſſe ca
uetur ꝙ trahatur ad ſimilia. Dic aut nō reperit̃ ſimile legis, ⁊
recurrit̃ ad ſimile conſuetudinis ſi habetur, vt hic, ſecūdum ve-
ram ſolutionē. Aut reperitur ſimile legis ⁊ cōſuetudinis, ⁊ tūc
aut caſus emergit circa ea, de qbus non tractat̃ in lege, vt in feu
dis, ⁊ tunc recurritur ad ſimile conſuetudinis, vt hic. ⁊ de cogni
tione feudi. capi. j. in fine. ⁊ ibi notat. Aut caſus nouus emergit
circa ea, de quibus in lege tractatur, ſed ſi talis caſus non eſt ex
preſſus, tunc recurritur ad ſimile legis, omiſſo ſimili conſuetu-
dinis, vt ſupra eod. l. non poſſunt. Exemplum, queritur emphy
teute cedat incrementum alluuionis? Hoc nō reperitur expreſ
ſe, ſed habemus ſimile conſuetudinis in feudis, vt in titulo, ſi de
inueſtitura feudi. cap. j. §. ſi quis de manſo. vt ibi patet. Itē ha
bemus ſimile legis, quia fructuario cedit tale incrementum. in
fra de vſufructu. l. item ſi fundi. §. huic vicinus. ⁊ iſtud inſpicit̃ vt
hic dicit glo. licet feudatarius ſit magis ſimilis emphyteute, eo
ꝙ habet vtile dominium. Predicta vera, niſi conſuetudo vel
lex ſit contra rationem, quia tunc nō trahitur ad ſimilia, ſupra
eod. l. ꝙ vero. ⁊ infra eodē l. ꝙ non ratione. Ratio predictorum
d eſt[d] quia conſuetudo procedit ex quodā vſu preſcripto. Sicut
ergo ille qui preſcribit fundum, preſcribit omnia acceſſoria, vt
ſeruitutes, infra de vſucapio l. ſi aliena. §. hoc iure. ita oīa emer-
gentia circa factum conſuetudine deciſum, per ſimile conſuetu-
dinis decidētur: ſecus in his que emergūt circa caſus lege de-
ciſos. Sic ergo patet quod ius non ſcriptum, trahit̃ ad nō ſcri
ptū. Item ſcriptum ad non ſcriptum, vt in exēplo emphyteute.
Item ſcriptum ad ſcriptum, vt quando princeps vel Iuriſcon
ſultus interpretat̃, vt ſ. eo. l. ⁊ ideo. ⁊ l. non poſſunt. Quandoqꝫ
non ſcriptum ad ſcriptum, vt qn̄ per conſuetudinem, lex eſt cer
to modo intellecta. ſupra eo. l. minime. C. de epiſc audien. l. ſi le-
nones. ❡ Secundo opp. ſi prius eſt iudicanduꝫ ſecundum ſimi
le legis, ergo prius recurrendum erit ad conſuetudinem vrbis
Rome? que habet poteſtatem legis generalis, hic aūt dicitur,
ꝙ prius recurritur ad ſimile conſuetudinis, ergo male. ❡ So
lutio. Dico ſꝫ Guliel. ⁊ Cy. quando populus fecit legem gene-
raliter omnibus, tunc ad eam prius recurritur, quam ad ſimile
conſuetudinis. Secus ſi faceret legē ſpecialem, ſibi ſcilicet Ro
me, cum ita eſt in cōſuetudine. Et licet ſit inducta a populo Ro
mano, tamen tanquam generalis, non eſt diuulgata omnibus, ⁊
ideo ad eam non recurritur, niſi in ſubſidium: vt hic. Ex hoc pa
tet ꝙ argumen. qđ hic colligit̃ in fine prime gloſ. licet verum ſit
in ſe per l. venditor §. ſi conſtat. infra communia pdiorum. non
tamē pꝛiſtam legē. ❡ Tertio opponitur, hic dicitur, de quibus
cauſis ſcripta lege non vtimur, quaſi dicat ſecus ſi haberemus
legē. Sed contra, de hac eadem l. in fine. Solu. vt hic in ſecunda
gloſ. ❡ Quarto opponitur, qꝛ nō debemus iudicare exēplis l.
nemo. C. de ſentētijs. Solu. vt hic in ſi. glo. que eſt ſuper verbo
e inueterata, vt no. C. que ſit lon. conſue. ſuper rubꝛ. ❡ Quinto[e]
oppo. qꝛ multū intereſt, vtrū declaret̃ volūtas v̄bis vel factis,
nā ſunt quidā q declarant verbis ⁊ non factis, vt magiſtratus
municipales, arbitri, ⁊ iudices, q ferūt ſniaꝫ. nec eaꝫ exequunt̃,
vt j. de iuriſdi. om. iud. l. magiſtratibus. ⁊ re iu. l. a diuo Pio. in
prin. ad municipa l. ea que. Sol. gl. Fateor, ⁊ quandoqꝫ multū
intereſt, quidam em̄ ſunt. ⁊c. Iſta gl. licet ſit in ſe vera, nō tn̄ cō
gruit huic legi. Appellat enim declarationē fieri verbis ⁊ fa-
ctis, quando ſit executio. Sed certe de hoc nullum eſt dubium,
3 † qđ executio alicuius diſpoſitionis, ſemp eſt facti, ſiue ſit exe
cutio ſnīe, vt C. de executio. rei iudi. l. executorem. ſiue ſit exe-
cutio alterius obligationis. j. de curatore furio. l. ꝯſilio. in ſi. ⁊
ſolu. ſuper rubrica. Sed iſtud debem⁹ inſpicere hic. ❡ An aūt
ipſa voluntas poſſet declarari v̄bis ⁊ factis? Et dic ꝙ regula
riter ſic, vt hic, ⁊ j. rem ratā haberi. l. Paulus. de actioni. ⁊ ob
liga. l. ꝯſenſu. Fallit in his de quorum ſubſtantia ſunt verba, vt
j. de verb. obl. l. j. in princip. ⁊ C. de ſenten. ex breuic. recitan. per
totū. ❡ Sexto oppo. ad ſcđam partē. hic dr̄ quod lex tollitur
per cōſuetudinem. Contra C. eodem l. ij. Glo. hic ⁊ ibi tenet ſol.
Ioan. quod ſicut generalis conſuetudo generaliter mutat le-
gem, ita ſpecialis ſpecialiter, vt hic, cum ſimilibus, nō aūt ſpe-
cialis generaliter, nec econtra. Alij dicunt hic, an legi poſſet de
rogari per pactum? De quo dic vt dixi in l. oēs populi. Alias
opinio. que ſunt in gloſ. ⁊ hic, ⁊ in l. contraria. non recito. Alij,
vt Nicolaus de Matare. dicunt, quod legi derogat, vt hic, nō
autem rationi naturali, vel legi ſibi reſiſtenti, vt in contrario.
Vel dic legi derogat, vt hic, non tamen vincit legem, ⁊ eius ra-
4 tionem, quin ex ea poſſit ſumi argumentum. Ex quo nota, † ꝙ li
cet ex lege per aliam correcta non poſſit ſumi argumentum, vt
C. de lat. liberta. tol. l. j. circa prin. ⁊ ibi nota. tamen ex l. correcta
per conſuetudinem, ſumitur rō, quia conſuetudo venit ex taci-
to conſenſu, ⁊ non tollit rationem legis. Minus enim excludit
taciuꝫ, quā expreſſum, vt dicimus in tacita pupillari, que ma
trē non excludit. Et hoc tꝫ Guliel. ❡ Prima ſolutio tenetur
communiter, ac etiam due vltime p̄nt eſſe bone. ❡ Septimo
opponitur. j. de ſepul. viola. l. iij. §. diuus. vbi lex tollit conſue-
tudinem ꝯtiam. Dicit gl. hic loquitur, qn̄ lex precedit, conſue-
tudo ſequitur, ſecus ſi precedat conſuetudo, tunc tollitur per
ſequentem legem. Sed iſta ſolutio eſt cōtra caſum, extra de cō
ſtitutionibus. capi. j. lib. vj. Unde quidam moderniores dicūt.
Quandoqꝫ procedit lex poſtea ſequitur conſuetudo contra-
ria, poſtea iterum ſit lex, tunc tollitur conſuetudo. De facili e-
nim reditur ad primam. Ita loquitur dictus §. diuus. ſi ad-
uertatur. Sed quando nulla lex precedit conſuetudinem tunc
habet locū capitulo j. de conſtitutionibus. libro vj. Iſta ſolu-
tio non placet: nam ſi ratio dicti capituli aduertatur, nullo mo
do tollitur conſuetudo, principe ignorante. Dic ergo vt nota-
tur in d. c. j. quod hoc voluit gloſſ. in §. diuus. Vel ſciebant con
ſuetudininem, licet hoc ſapiat diuinationem. De hoc per Cy-
num, de teſtamentis. l. finali. ſupra titu. ij. l. ius ciuile. ❡ Octa-
uo opponitur quod nō tollit legem, vt infra eodem l. quod nō
ratione. Solutio, ibi in conſuetudine erronea, quod intelligi-
tur, vt ibi dicam ❡ Nono opponitur. C. de vſuris. l. eos. §. fin.
de ſacroſanctis eccleſijs. authenti. caſſa. de furtis. authenti. na-
uigia cuꝫ ſimilibus. Solutio quod lex ibi improbat conſuetu-
dinē, hic ſecus ❡ Decimo opponitur, ⁊ videtur qđ virtus con
ſuetudinis ſit, interpretari ⁊ declarare legem, non corrigere, in
fra eodem l. ſi de interpretatione. Solutio Huius ſinis loqui
tur, quando conſuetudo eſt contra id, quod lex diſponit, ſꝫ ſi ſe
cundum legem, tunc eam interpretatur, ſi eſt dubia, vt l. contra
ria. Si certa, tunc lex eam confirmat ⁊ corroborat, vt l. fin. C.
eodem. Et ſic valet conſuetudo non vt ex ea agatur, ſed ex l. cō-
muni, vt dixi in l. ius ciuile. Dicitur autem confirmare ſicut a-
gnitio debiti confirmat priorem cautionem, non patiendo eam
tolli preſcriptione, vt l. cum notiſſimi. §. fin. ⁊ l. ſi quis. C. de pre
ſcriptione triginta annorum. ⁊ ſic debet intelligi glo. que dicit
5 valere conſuetudinem ſm legem. Dic † ergo ad declarationem
omnium. Aut ꝯſuetudo eſt ſm legem, ⁊ eius virtus eſt inter-
pretari, ſi eſt dubia, ⁊ corroborare, ſi eſt certa, vt l. ſi de īterpre
tatione. ſ. eo. ⁊ C. eod. l. finali. Aut eſt preter legē in caſu omiſ-
ſo, ⁊ tunc eius virtus eſt legem imitari, vt tantum valeat eo ca
ſu, quantū lex ſcripta, vt hic, ⁊ C. eodem. l. finali. Aut contra le
gem, ⁊ tunc aut contra ius naturale, vel gentium, vel diuinum,
⁊ dic vt dixi circa ſtatuta ſ. in l. omnes populi. de iuſtitia ⁊ iu-
re. Aut contra ius ciuile, ⁊ tunc aut l. improbat̃ conſuetudo, ⁊
nō valet, vt d. l. oēs. in fine. cū ſimilibus. Aut a iure ciuili nō im
probat̃, ſed alias eſt cōtra iuris ciuilis diſpoſitionē, ⁊ tūc aut
cōſuetudo precedit aut ſequit̃. Primo caſu aut legiſlator ſcie
bat talē conſuetudinem, vel expreſſe voluit eam tolli ⁊ tollit̃, vt
dicto §.

dicto §.diuus,ꝛ notat̃ in dicto cap.j. Aut ignorabat, ꝙ in du-
bio preſumitur,ꝛ non tollit̃ conſuetudo,vt dicto cap.j. Secun-
do,qñ conſuetudo ſequitur,ꝛ tunc aut conſuetudo fuit indu-
cta errore,non ratione,ꝛ dicas tunc vt habetur in l. ꝙ non ra-
tione. Aut fuit inducta rõne,ꝛ ex certa ſcientia,ꝛ tunc aut ge-
neralis,ꝛ generaliter vincit legem,vt hic,aut ſpãlis,ꝛ ſpecia-
liter vincit.ꝺ.l.venditor.§.ſi conſtat.infra communia prediorꝛ.
ꝛ C.eodem l.ſecunda.

**Ueniamus** ad queſtiones in qb⁹ tenebo ordinem
Pe.Cy. Primo em̃ querit̃,quid ſit
conſuetudo,Scđo,qualiter ꝛ per quos inducat̃? Tertio,qua
liter introducta in iudicium proponat̃ iudici? Quarto,quali-
ter probetur? Quinto,quis ſit effectus conſuetudinis,ꝛ inter
6 ſeram aliquas queſtiones acceſſorias.¶ † Primo igitur que-
ro,quid ſit conſuetudo? Et ne in equiuocum procedamus, ſciē
dum eſt ſm doctores ꝙ conſuetudo ſumitur tribus modis.
Primo pro aſſuefactione hominis,ꝛ tunc eſt factum,infra ꝺ pi
gnora.actione.l.vel vniuerſorũ.l.ſi ſeruus pluriũ.§.ſi.de lega-
tis.j.de pe.leg.l.dominus.§.penul. Que conſuetudo accidit ēt
in animalibus,vt Inſtitu.de rerũ diuiſione.§.apum.ꝛ de acq-
rendo rerum dominio.l.naturalem.§.in his.Et ex iſto facto o-
ritur iuris diſpoſitio,ꝛ de hoc non loquimur hic.¶ Secundo
accipitur conſuetudo,pro facto plurium perſonarũ,ꝛ iſtud ap
pellatur vſus ſeu mos,ꝛ iſtud ſimiliter ꝺr eſſe facti,qꝺ ꝺ3 pro-
bari,vt C.eo.l.j.extra de conſtitutionibus,cap.j. ¶ Tertio ac
cipitur conſuetudo pro iure,quod reſultat ex vſu,ꝛ morib⁹ plu
riũ perſonarũ,ꝛ ſic loquit̃ hic in verſi.inueterata,ꝛ l.ſed ea.ꝛ l.
ſequenti. De hac ergo querit̃ qd ſit. Et Azo in ſumma.C.eod.
dixit.Conſuetudo eſt ius nõ ſcriptũ,morib⁹ populi diuturnis
inductũ,vt hac lege,ibi,inueterata. Inſtitu.de iure naturali
gentiũ ꝛ ciui.§.conſtat. Iac.de Are.reprehendit,qꝛ ꝺr ꝙ non
ſcriptum,nõ ſit de eſſe conſuetudinis,quod an ſit veru3, ſtati3
dicã. Aliꝗ reprehendunt alia rõne,qꝛ etiam in conſuetudine,ex
moribus vnius hominis reſultat ius,ꝛ certum eſt quod de eo
hic non loquitur,ꝛ tamen in diffinitione Azo,cõprehenditur.
Quare ipſe Iac.de Are.ſic diffinit.Conſuetudo eſt ius mori
bus vel vſib⁹ toti⁹ populi,vel maioris ptis recte initiatũ,ꝛ cõ
tinuatũ,habēs legis authoritate3,vt plene p Cyn. C.eo.l.ij.in
prima qõne. Ita diffinitio non eſt bona. Nam etiam capitula ec
cleſiarum inducunt conſuetudinem,nec in dicta diffinitione cõ-
prehenduntur. Tu ergo pone diffinitionē,quam ponit textus
in dicto capit.conſuetudo.diſtinc.j.vbi ꝺr,Conſuetudo eſt ius
quoddam moribus inſtitutum,qꝺ p l.ſuſcipitur,cũ deficit lex.
Iſta eſt bona diffinitio,in qua verba iſta,ius quoddã, ponunt̃
ad differentiam eius cõſuetudinis que eſt facti,vt dixi. Mori-
bus inſtitutum,ponitur ad differentiã aliarum partiu3 iuris,
que veniunt expreſſo conſenſu. Quod pro lege ſuſcipitur, po-
nitur ad differentiam eius iuris,quod deſcendit a cõſuetudine
vnius ſingularis perſone,illud enim nõ ſeruatur pro lege. Eſt
enim ibi ius diſpoſitũ,ſeu circa ꝙ diſponatur. Sed iſtud ius
de quo loquimur,eſt ius diſponēs,ideo dicit̃,pro lege ſeruat̃.
Cum deficit lex,hoc ponitur,vt oſtendat non valere cõſuetudi
nem a lege reprobatã. Nam aut cõſuetudo eſt in caſu a lege nõ
deciſo,ꝛ tunc deficit lex. Aut a lege deciſo,ꝛ tunc ſi qdē lex non
reſiſtit conſuetudini,valet cõſuetudo,tunc improprie dicitur,
ꝙ deficiat,qꝛ per conſuetudinem derogatur vel generaliter vl̃
ſpecialiter. Aut lex reſiſtit ꝯſuetudini,ꝛ tunc lex nõ deficit,nec
7 cõſuetudo valet. ¶ Sed iux a premiſſa† quero vtrũ ſit de eſſe
conſuetudinis,eſſe non ſcriptum? Uidetur ꝙ ſic,vt Inſtit. eo.
§.conſtat,ſupra titulo ſecundo.l.ius ciuile in fine. Econtra qꝺ
nõ,quia poteſt eſſe ſcripta infra eodem l.imo,vbi dicitur, ꝙ nõ
eſt neceſſe ſcribi,ergo innuit,ꝙ etia3 ſi ſcribatur, eſt ꝯſuetudo.
Preterea lex ꝛ cõſuetudo differunt,ſicut tacitum ꝛ expreſſu3,
vt hic,non ſicut ſcriptum,ꝛ nõ ſcriptum. Et hoc tenet Iacob⁹
de Rauēna.C.eod.l.prima.ꝛ que ſit longa conſuetudo.l.ij. Pro
f hoc ꝙ vſus feudorum,[f] qui ſunt conſuetudine, ſunt redacti in
ſcriptis. Tu dic ſm Gul.ꝙ conſuetudo poteſt cõſiderari,quo
ad ſui originē ſeu introductionē ꝛ tũc impoſſibile eēt ꝙ ſit ſcri-
pta,cũ veniat ex tacito cõſenſu populi,vt hic,ꝛ ꝺ.§.cõſtat. Aut
queris quantu3 ad ſui reformationē,vt ecce,ciuitas eſt via lon-
go tempore aliqua conſuetudine,nunc facit eam redigi in ſcri-
ptis. Hoc poteſt fieri. Et ita fuit de ꝯſuetudinib.feud. Lex au
tem ex neceſſitate ꝺ3 ſcribi,vt C.eo.l.humanũ. Poſſet tñ prin-
8 ceps,ſi vult facere ſine ſcriptis,vt ĩ.titu.j.l.j. ¶ † Item queri-
g tur[g] vtrum poſtꝙ̃ eſt redacta in ſcriptis,deſinat eſſe conſuetu
do? Quod videtur,qꝛ omnino non venit ex tacito conſenſu.
Econtra: nam licet cõtractus ſit redactus in ſcriptis, tñ nõ di
citur contractus celebratus in ſcriptis,ſed tũc,cũ hoc ab ini-
tio ſit actum,vt C.de ſide inſtru.l.contractus,vbi ꝺr quod actus nõ
operatur vltra agentis intentionem. Quandoque quis facit
eam in ſcriptis redigi,non vt de nouo ius conſtituat, ſed vt iã
conſtitutũ probet̃,ꝛ tunc remanet conſuetudo ſicut primo, l3
ſit facilior probatio,argu.ĩ.depoſi.l.Publia,in fin.ꝛ ita fuit in
feudo. Unde adhuc ſunt conſuetudines. Quandoq3 redigit̃ in
ſcriptis,vt ius conſtituat̃ de nouo, tunc ēt conſuetudo prima
remanet,ꝛ ius ſcriptũ valet vt ius ſcriptum. Exemplu3 de pre
ben.c.ij.li.vj. Et poterit agi ex vtroq3,ꝛ cũ vtrunq3 ſit auxiliu3
ordinarium,vel vtrunq3 extraordinarium, vnũ aliud nõ exclu
dit,vt ĩ.de dam.infe.l.q bona.§.j.de act.ꝛ obl.l.quoties. S3 vi-
detur qꝺ ſequens ſtatutũ non valet, cum nil commodi afferat.
Sed certe ſatis magnum commodum affert,eo qꝺ ſtatim po-
teſt probari,vt ĩ.de lega.iij.l.iij.§.ſi rem. Secus ecõuerſo,ſi pre
cedat lex ſcripta,ꝛ ſequatur conſuetudo:nam valet vt conſuetu
9 do,vt ſ.dixi. ¶ † Sed quid ſi dicatur in libello. Peto ſecundũ
ſtatuta predicta,ꝛ conſuetudines hui⁹ ciuitatis? Uidet̃ qꝺ nõ
valet,qꝛ ꝺ3 vnam actionē eligere,vt l.nemo ex h s.de re. iur. ꝛ
l.ꝙ in heredem.§.eligere.de trib. Dico,quod cũ interpretatio
fieri debeat ſecundum proferentem,vt ĩ.de iud.l.ſi quis inten-
tione.dicta verba debēt intelligi coniunctim,vt vna ſola actio
videatur intentata,ꝛ exponatur ſic ſecundum cõſuetudinem ꝛ
ſtatuta i.ſm ſtatuta,per conſuetudines approbatas,vel econ-
tra ſecundum conſuetudines approbatas ſeu confirmatas p
ſtatuta. Sed a ſimili,ſi quis in libello proponeret ſtipulatio-
nem,ꝛ numerationē,intelligitur agere ſtipulatione impleta, ꝛ
validata p numerationem,vt ĩ.de noua.l.ſi ita ſtipulatus fue-
ro.§.j.ꝛ l.cum enim. Item ſi quis diceret in libello. Peto pre-
dicta de iure gentiũ ꝛ ciuili,debet intelligi,i.de iure ciuili ap-
probãte ius gentiũ.arg.ĩ.re amo l.rerum amotarum. in prin.
ꝛ quod ibi not. Idem credo de eo qꝺ quotidie dicitur in libel-
lis. Petens predicta ſm formam iuris ꝛ ſtatutorum,vt intel-
ligatur ſecundum formam ſtatutorum.ſ.de iure permiſſoru3 ꝛ
approbatorum. Et videtur caſus extra de eo qui mit.in poſ.cã
10 rei ſer.c.cũ veniſſent. ¶ Ultra hoc,hic quero,in quo† differãt
vſus,mores,cõſuetudo,ſtylus,ꝛ p̃ſcriptio? Breuiter mores,
ꝛ ꝯſuetudo ſunt idem,ꝛ ſonant in factum. Cõſuetudo põt acci
pi p ipſo facto,ꝛ erit idem vt ſ.dixi,ꝛ põt accipi p iure,vt acci
pit̃,hic,tunc differunt,qꝛ vnum eſt factu3,aliud ius. Nã vſus ꝛ
mores ſunt cã ꝯſuetudinis,dico cã remota. Nam cã proxima,
eſt tacitus ꝯſenſus,qui colligitur ex vſu ꝛ morib⁹,vt hic. Sty
h lus licet ſit[h] in vſu loquēdi,tñ non bene declaratur a iure ꝛ ꝺ eo
ſit mentio.C.de ſac.ſan.eccl.l.j. Pet.dicit,ꝙ ab vno homine in-
ducitur,ꝛ ab aliquo maiori iudice,qui habet poteſtatem legis
condende. Uel dic qꝺ ſtylus appellat̃ cõſuetudo, que reſpicit
ordinē loquendi,ſcribendi,vel procedendi. Cõſuetudo eſt, q̃ re
ſpicit deciſionē. Preſcriptio ĩ quo differt a ꝯſuetudine? Pet.
ꝛ Cy.multa loquuntur,finaliter ſe nõ intellexerunt. Dic quod
cõſuetudo eſt quoddã ius inductum ex vſu ꝛ moribus eorum,
qui vnico expreſſo cõſenſu,hoc poterãt inducere, ꝛ eſt p ipſis
vtentibus vel cõtra ipſos,extra eos autem non preiudicat,niſi
catenus quatenus expreſſus ꝯſenſus poterat p̃iudicare. Hoc
patet manifeſte in populo inducente conſuetudinē, ꝙ eoꝝ con
ſenſu poterat induci,ꝛ populo ſuo prodeſt,ꝛ nocet. Per p̃ſcri
ptionē inducitur quedã acquiſitio iuris,ꝛ vſus alicui⁹, quod
non poterat ſuo ſolo conſenſu inducere,ꝛ pro ſe ꝯ alium,vt pa
tet in toto tractatu de preſcri.ꝛ vſucap.C.ꝛ ff. Unde ciuitas,
* que ꝺr ſe habere merũ Imperium,* ex lõga conſuetudine,p-
prius diceret ex preſcriptione,inducta per conſuetudinē,nam
hoc ex ſolo vnius expreſſo cõſenſu,nõ potuiſſet inducere. Itē
eſt ſolum pro ſe,contra aliũ ſuperiorem,apud quem reſidebat
dicta iuriſdictio. ¶ Idem dico de nobili,qui ꝺr ſe habere ius
collectandi ruſticos ex conſuetudine,qꝛ imo ꝺ3 dicere ex pre-
ſcriptione,quicquid dicat Petr.

11 **Secundo** †loco quero p̃ncipaliter,qualiter, ꝛ per
quos inducat̃ ꝯſuetudo? Et dico quod p
i omnes,quos dixi in l.omnes populi.poſſe facere ſtatuta[i] per
omnes illos põt induci conſuetudo. Illud enim poſſunt p taci
tum cõſenſu3,qꝺ poſſunt per expreſſu3,vt hic. Qualiter ante3
inducatur? Et leges videntur ponere tria.ſ.frequētes act⁹,vt
C.e.l.j.ꝛ C.de edi.pri.l.an in totum.ꝛ hic in rubri.ſ.eo.tit. Se
cundo tēporis diuturnitatem,vt hic in glo. Tertio qꝺ princi-
piũ ſit rationabile,nõ erroneum,vt ĩ.e.l.qꝺ non ratione. Iſta
12 omnia examinem⁹.† Primo videamus[k] quot actus requirant̃
k vt dicat̃ frequēs? ꝛ glo.videt̃ dicere de duob⁹,ar.C.de epiſ au.
l.nemo.in fi.ꝛ inſti.de iur.pſo.i.fi.ꝺr ibi,multas eē ꝯditiones li
berorũ hominu3,ꝛ tamen nõ ſunt niſi due. Facit ĩ.ad Syllani.
l.i.§ hoc reſcriptũ.C.ad leg.Iuliam de vi.l.ſeruos.vbi dicitur
bis aut ſepi⁹,ergo bis eſt ſepe,patet ex ꝯparatiuo qui ſequit̃.
Aliꝗ dicunt hoc eſſe relinquēdũ arbitrio iudicis,arg.ĩ.de iure
deliberan.l.j.in fi.qui hoc iudicet ex actuum qualitate. Cũ enim

cauſa proxima ꝯſuetudinis, ſit tacitus ꝯſenſus, ſi hūc habem⁹
per vnum actum, ſufficit ſi ꝑ plures, ⁊ hūc nō habemus, nō ſuffi
ceret. Et hoc tenēt quidā Bononienſes. aliȷ̄, vt Guliel. dicunt
q̄d vnus actus nō ſufficit. Nā conſuetudo eſt in his q̄ frequen
ter fiunt. C. eo. l. j. de edif. pri. l. an in totū. Sȝ q̄d fit ſemel nō eſt
frequēter, vt ſ. eo. l. nam ad ea. ⁊ pluralitas requirit plura, vt
ꝭ. de teſtibus. l. vbi numer⁹. Nec obſtat ſi dicis, ſufficit ꝯſenſus
ꝑ vnū actū, q2 in ſtatutis, expreſſus conſenſus particulariter
receptus, non ſufficit, vt dixi in l. oēs populi. Ita in conſuetu-
dine tacit⁹ cōſenſus ex vno actu nō ſufficit, q2 requirit frequēs
actus, q equiualet cōſenſui dato in cōi, non in particulari, dico
ergo, q̄d ad minus duo actus requirunt, ⁊ plures quādoq; ex qua
13 lita e actuum, vt ſtatim dicā. Secundo videamus, † qui actus
requirantur? glo. videtur dicere, ꝙ actus ſententiaruȝ, vt hic dt
gl. in verbo, inueterata. Latius tñ loquitur glo. C. e. ſuper ru
brica. ⁊ ꝭ. l. proxima, ſcilicet quod actus ſententiarū. Itē quia
perpetuo ſit obtentū ſine cōtradictione. Iteȝ q2 libelli queri-
moniarū nō ſunt admiſſi. Iſtud cōiter tenēt doc. ſcilicet q̄d per
actum iudiciorū, ⁊ nō iudiciorum, inducatur conſuetudo, vt ꝭ.
l. cum de conſuetudine. ibi, an ēt contradicto aliq̄n iudicio, ⁊c.
nā dictio, etiam, innuit ideȝ ſcȝ extra iudiciū. Et pro hoc l. naȝ
Imperator. ꝭ. eo. ibi ponitur diffinitiua, alternatiue. Sic ergo
frequens actus in ꝯtractibus inducit cōſuetudineȝ contrahendi,
vt l. q̄d ſi nolit. §. q2 aſſidua ꝭ. de edil. edic. cū ſimilibus ibi not.
Sic frequens actus expendendi, facit ꝯſuetudinē, de qua mo-
neta intelligat. ꝭ. de leg. iij. l. numis. Sic frequēs actus ducēdi
aquā, vt ꝭ. de aqua pluuia arcēda. l. ſi prius. §. j. Sic vſus loquē
di inducit cōſuetudineȝ intelligendi illā. ꝭ. de verboꝝ ſignifica.
anniculus. l. a j. ⁊ l. vt Alphenus. ⁊ de fun. inſt. l. cū d lanionis. §.
primo. In iſtis tamen caſibus extraiudicialib⁹ requirit maior
frequentia, ꝙ in iudicialibus, vt ꝭ. in iiij. q. prin. qualiter ꝯſuetu
14 do probet. ¶ Tertio videamus † de ¹ tēpore, quātū tēpus re
quirat? Quidā dicunt, q̄d tp̄s, cuius cō trariȷ̄ nō exiſtat memo
ria. vt hic, vbi dicit, inueterata. ⁊ C. eo. l. conſuetudinis. vbi dt
lōgeui. de aqua quoti. l. Hi iure. §. duct⁹ aque. Pro hoc, q2 act⁹
ex quib⁹ inducit ꝯſuetudo, habēt cām diſcōtinuā, ergo ⁊c. vt ꝭ.
de ſerui. l. ſeruitutes. l. a iij. Ioan. ⁊ Azo, ⁊ oēs gl. dicūt, q̄d ſuf-
* ficit ſpatium longi temporis. ſcȝ x. vel xx. annorū, * vt hic patet
⁊ C. eo. ſuper rubrica. doctores noſtri hic tenent, de decem an-
nis inter preſentes, illud quod gl. dt, vel viginti annis inter ab
ſentes, hic nō cadit, cū populus ſemper ſit preſens, etiam ſi ali
qui ex populo ſint abſentes, vt ꝭ. de iudic. l. ꝓponebatur. Cano
niſte vident dicere, quod requiritur tempus xl. annorū. vt no.
extra de conſue. in c. fi. Sed illud in conſuetudine inducenda ꝯ
Canones, ⁊ iura ſpiritualia, ſed hic contra iura ciuilia ⁊ tempo
ralia? Arg. pro hoc. C. de ſacroſan. eccl. aut. quas actiones. Nō
obſtant iura que arguunt de tp̄e. cuius contrariū nō extat me-
moria, q2 ſi inducit longo tempore, multo fortius longiſſimo.
Non obſtat q̄d habet cauſam diſcōtinuā, q2 illud eſt verū i pre
ſcriptione, ꝙ quis non poſſet ſtatim ſua ſponte inducere. Se-
cus in conſuetudine. Dico plus, q̄d cum conſuetudo inducatur
ex tacito conſenſu, ad preſumendū tacitum conſenſum agētis,
nō requirit continuus actus, vt ꝭ de vſuris. l. cum de in rē verſo.
15 ¶ † Iuxta predicta quero, a quo tēpore incipiat currere iſtud
decenniū? Dicunt quidā, a die ſecūdi actus, tūc eniȝ populus
incipit conſentire. Aut eñ non poteſt preſcribi conſenſus, qui
nō eſt, arg. C. de anna. excep. l. i. Sed certe, nec per pm actum vi
detur populus conſentire, niſi interuenerit curſus temporis.
Gloſſ. ⁊ doc. vident tenere q̄d a die primi actus. Quod patet
ex eo quod hic dt, quod ſufficiat, ſi intra decenniū ſit ſententia-
tum. Ex curſu enim temporis ⁊ frequentia actuū, inducitur ta
citus conſenſus, qui parit conſuetudinem. Ex hoc dt Petr. q̄d
canoniſte quidā dicūt, q̄d conſuetudo eſt preſcripta, vt extra d
conſuetu. capi. fin. non bñ loquuntur, q2 ad hoc vt aliquid p̄ſcri
batur, oportet quod ſit ius certum formatum, vt dominiȷ̄, ⁊ pi
gnorum, ⁊ ſimilia ¶ Sed in conſuetudine ante completū tem
pus, nullum eſt ius formatum, ergo non pōt preſcribi. Tu dic
quod quedā ſunt iure inducta ⁊ diſpoſita, que p̄ſcriptione tol-
luntur, ⁊ in alium transferunt, vt patet in preſcriptione alicui⁹
dominiȷ̄ rei. ¶ Quedā ſunt iure nō inducta, ſed preſcriptione
inducuntur, vt apparet in preſcriptione ſeruitutis. Ita in con
ſuetudine preſcribenda, inducit ius, vñ merito pōt dici ꝯſue-
16 tudo preſcripta. ¶ * Item quero, q̄d ſi intra decennium quādoq;
fuit ſententiatū vnū, quādoq; aliud? Dic ergo aut cōſuetudo erat
iam perfecte inducta, ⁊ tunc licet alias ꝯtrarius actus fiat, tñ non
tollit conſuetudinē, niſi tot ſint aliȷ̄ actus cōtrariȷ̄, ⁊ tanti tem-
poris, quod conſuetudo contraria inducatur, vt ꝭ. de reg. iur.
l. nemo. §. tp̄alis. ⁊ ibi no. Aut conſuetudo nō erat adhuc perfe
cte inducta, q2 intra decēnium, ⁊ tunc aut ſuit tot actus pro cō
ſuetudine, quot contra conſuetudinem, ⁊ non inducitur cōſue-
tudo. Ita not. glo. ꝭ. eo. l. cū de conſuetudine. in fi. glo. ⁊ videtur
tex. in l. ſemper in ſtipulationibus. de reg. iur. ¶ Pro hoc, q2
non eſt continuatus conſenſus, vt ꝭ. de vſucapio. l. iij. Pro hoc.
infra de fund. inſtru. l. queſitum. §. ſi quis eodem inſtrumento.
Aut ſunt plures pro conſuetudine, aut potiores contra, tunc
aut loquimur in ꝯtractibus ⁊ aliȷ̄s actibus extraiudicialib⁹, aut
in ſententiȷ̄s ⁊ aliȷ̄s actib⁹ iudicialibus. Primo caſu, credo in-
ductā cōſuetudinē. Exēplum colligit. Oēs de populo iudicant
totā hereditatē primogenito dari, duo vl tres iudicāt equalr
⁊ hoc totū ſit intra x. annos, īducta erit cōſuetudo. Idē ſi i quo
libet ꝯtractu ab omnib de populo apponit obligatio bonoꝝ, duo
vel tres non appoſuerūt, nihilominus erit inducta cōſuetudo
trahēdi, de qua loquit §. qui aſſidua. Ratio, q2 ſicut in ſtatuto,
q̄d venit ex expreſſo conſenſu populi, ꝑualet cōſenſus maioris
partis, vt ꝭ. ad munici. l. quod maior, ⁊ dixi in l. oēs populi. ita
etiaȝ in conſuetudine, que venit ex tacito conſenſu. Et ſic debet
intelligi quod no. C. eod. l. ij. in iij. q. principali, circa fi. ¶ Et ibi,
circa hoc quero, ⁊c. talis etiā actus licet videatur conſuetudi
ni ꝯtrarius, pōt intelligi vt inducat contrarium conſenſum. Con-
ſuetudo enim contrahendi intelligit habere vires, niſi aliud in
telligatur inter partes, vt ꝭ. de reg. iur. l. ſemper in ſtipulatio-
nibus. Igit iſto caſu intelligit a partib. ꝯtrarium obſeruatum, id
q2 ſic eſt actum inter eos, nō ideo, q2 voluerunt conſuetudini de
rogari. ¶ Secundo caſu, quando de actibus iudicialibus, tūc
aut quando illi actus contra conſuetudinē ſunt facti, populus
murmurauit, ⁊ dicebat intra ſe, male factū, ⁊ ꝯtra iuſtitiā, tūc
nō impediunt cōſuetudinē induci cum appareat continuatio
voluntatis populi, arg. ꝭ de leg. iii l. fideicommiſſa. §. ſi rem. Di
citur autem contradicere populus, quando decuriones ⁊ aliȷ̄.
qui regunt ciuitatem, ꝯdicunt: Aut populus Romanus non
murmurauit, ſed tacuit, ⁊ tunc aut ſunt actus, qui ſe adinuiceȝ
cōpatiuntur. Exemplum in queſtionibus decē librarū, vt plu
rimum proceditur ſine libello. ⁊ ſine litis cōteſt. quandoq; ꝓ-
ceſſum eſt ordinarie. Iſte enim actus ſe compatiuntur, ſ. vt va
leat proceſſus factus ſummarie, ⁊ etiam valet, ſi fiat ordinarie
ad cautelam, vt c. ſepe. de ver. ſignifica. in cle. tunc non impedit
conſuetudo induci, cum per tales actus non inducatur inuta-
tio voluntatis, ſicut dicimus in teſtamento ⁊ codicillis. Inſti.
de codi. §. non tantum. quod intellige, niſi conſuetudo allegare
tur, ⁊ ꝯ eā pronuntiaret. Aut ſunt actus ſe inuicem non com-
patientes, vt q2 ſententia diffinitiua ſit lata quod primogeni-
tus habeat totam hereditatem Alia ſententia eſt quod equa-
liter diuidatur. ⁊ tunc impeditur conſuetudo, q2 videtur mu-
tata voluntas. Sic etiam poteſt intelligi glo. que eſt ꝭ. eo. l. cū
de conſuetudine, ⁊ ꝭ. de reg. iur. l. nemo. §. tēporalis. Ratio, q2
cum iudex authoritate populi ſit prepoſitus, quod facit iu-
dex, totus popul⁹ facere videtur, vt l. j. §. omnia. C. de vet. iur.
17 enu. ¶ Sed quero, † quid ſi plures actus reperiātur facti eo
dē tp̄e puta eodē die, vel duobus, ⁊ lapſum eſt decenniuȝ, vtrū
ſit inducta conſuetudo? Videtur q̄d ſic, quia ſunt frequentes
actus, licet eodem die euenerint, argumen. infra, de iud. l. non-
nunquam. argumen. infra, de re iud. l. contumacia. §. contumax.
de verborum ſignificatio l. ter enixa. vbi nota. Contrariuȝ tenet
Gul. teruiſa. Nam quando emanant eodem tp̄e, non pōt ita cō
ſtare de conſenſu populi, ſicut q̄n ſucceſſiue, argu. pro hoc ad
Velleia. l. ſi mulier. ⁊ ad legem Aquil. l. illud. in fi. Quid ſi ꝓ-
ferātur plures ſententie intra decē annos, nec apparet an ſint
executioni mandate, an ſufficiat? Videtur quod nō. Nā q̄d vȝ
mittere in poſſeſſionē, niſi iudex tueatur eā, vt ꝭ. ne vis fiat ei q
in poſſeſ. miſ. l. i. in prin. ſ. tit. j. l. ij. §. poſt originem. Dic, aut nō
ſunt mandate executioni, q2 pars tacuit. ⁊ neglexit, tunc ſuffi-
cit nihilominus ad inducendam conſuetudinē, arg. ꝭ. quod quiſq;
iuris. l. iij. in princip. Facit quod ſola ſententia inſpicitur. ꝭ. de
iniuſto teſtō. l. ſi quis filio exheredato §. irritum. ⁊ infra de pe
nis. l. quod ad ſtatum. Aut non ſunt mādate executioni, q2 nō
potuit, ⁊ tūc aut nō potuit, q2 ſentētia nulla, aut reſciſſa. Pri
mo caſu, ſiue ſit nulla ꝓpter defectū iuriſdictiōis, ſiue q2 lata
ꝯ ius expreſſe, q2 parte non citata, ⁊ tunc nō ſufficit ad conſue
tudinem, quia non dicitur ſententia, que nulla eſt, vt ff. de ap-
pel. l. ſi expreſſiȝ. que ſen. ſine app. reſcin. l. j. Scd̄o caſu, quādo
fuit reſciſſa per appellationē, ⁊ idem, q2 non videtur pronūcia
tū, vt l. j. in fi. ꝭ. ad Turpil. Aut per reſtitutiōem in integrum,
⁊ tūc aut in reſtitutione venit iniquitas ſentētie, aut ſolus fa
uor pſone. ¶ Primo caſu, idē ſicut in appellatione, q2 eadē eſt
rō. Scd̄o caſu, q̄n fauore perſone reſtituitur, pone exempluȝ.
Volo probare quod vino vendito, videatur venditum vas, cō
ſuetudo eſt, induco inter alia, vnam ſententiam, contra quam
fuit habita reſtitutio ideo, q2 minor deceptus in ſic vēdendo,
nō ideo q2 non iuſte lata ſit, ⁊ iſto caſu non impeditur cōſuetu
do, quia effectus ſententie, quo ad alia remanet. argu. C. ſi vn⁹
ex pluri.

ex pluri.l.j.⁊ C.ſi in vna eademqꝫ cauſa.l.j. Naꝫ etiã poſt reſti
tutionem remanet conſenſus populi ſm Gul. Sꝫ contra pre
dicta opp. tu dicis, qꝺ per ſententias nullas non inducitur con
ſuetudo, ſm hoc nunqꝫ induceret̃ conſuetudo, q2 ſi ſententia eſt
ſecundum ius, tunc non querimus de conſuetudine. Si eſt con
tra ius, tunc eſt nulla ipſo iure, ⁊ ſic nunquam inducetur ꝯſuetu
do. Ad qꝺ dic quod poteſt ferri ſententia ſuper eo quod non eſt
lege deciſum, ⁊ inducitur cõſuetudo. Qñqꝫ ſuper eo qꝺ eſt le
ge deciſum, ⁊ tunc poteſt ferri ſententia ſecundum legem, ⁊ in
ducitur conſuetudo interpretatiua, de qua loquitur l. ſi de in
terpretatione, ⁊ l. minime. Quandoqꝫ fertur ſentẽtia contra le
gem, tunc ſi quidem non eſt expreſſus error in ſententia, valet,
⁊ inducit̃ conſuetudo. Alias ſi eſt expreſſus error in ſententia,
non valet, nec inducitur conſuetudo, vt dixi. Hoc verũ, niſi eẽt
executioni mandata, tunc populus videt̃ eã habere ꝓ valida, ⁊
ſic tacite conſentire, ergo induceretur conſuetudo, vt hic. Iteꝫ
poſſet opponi, qꝺ iudicium redderetur in inuitũ, vt l. inter ſti
pulantẽ.§.j. de ver. obli. Non eſt ergo volũtarius ꝯſenſus ergo
per ſententiam non inducit̃ cõſuetudo, que venit ex tacito con
ſenſu, ſed eo qꝺ non eſt appellatũ, videtur ꝯſentire. Ex tractu
ergo tẽporis videt̃ cõſentire, ⁊ approbare, qꝺ ab initio nõ fuit
approbate factũ. Sic C. qꝺ met. cau. l. ij. Sẽtẽtia ergo ⁊ tractꝰ
tẽporis, hoc inducunt arg. C. de teſta. l. ſancimus. poſſet etiam
opponi, quod ille videtur tacite conſentire, qui poſſet expreſſe
contradicere, ſed alij de populo quos negotium non tangit, illi
nõ poſſunt ſentẽtie ꝯdicere, nec appellare vt j. de appel. l. a ſen
tentia. ergo, ⁊c. Sol. lꝫ alij non habeant beneficiũ appellandi,
dr Pe. tñ q2 ſciunt, vel ſcire debent, de facto cõtradicere debẽt
ſicut dr de patre, qñ filius creatur decurio. vt j. ad munici. l. ij.
cum ergo poſſunt expreſſe contradicere, ergo tacendo viden
tur cõſentire, hoc etiam operatur tractus temporis. ¶ Sed
18 an† per ſententiam arbitrorum inducatur cõſuetudo? Quod
videtur, q2 ad inſtar ſunt iudiciorum, vt j. de arbi. l. j. Econtra
qꝺ nõ, q2 nõ hꝫ effectũ aliarũ ſententiaruꝫ, ſed ei paretur metu
pene. C. de arbi. l. j. Iteꝫ non infamat, vt j. de his qui no. inf. l. qd
ergo.§. ex cõpromiſſo. Sol. dr Gul. Aut eſt arbiter aſſumptꝰ
ſine pena, ⁊ ſic ex eius ſententia homologata, orit̃ actio, vt C. de
arbi. l. cum antea, ⁊ tũc inducit̃ conſuetudo, licet in hoc plures
ſententie requirantur. Aut fuit cũ pena, ⁊ tunc non tenet in ex
preſſo, ergo nec i tacito, vt l. iij.§. q habet. j. de ſerui. ruſt. pred.
Sed credo quod ſicut ex contractibus, ⁊ alijs extraiudiciali
bus actibus, põt conſuetudo induci, vt ſ. dixi, ita etiaꝫ ex ſen
tentia arbitri. Preterea, in quolibet ꝯpromiſſo, ꝯſueuit appo
ni clauſula, rato manente pacto, ⁊ ſic põt homologari, vt not. in
l. ij. C. de arbit. Utrum per abſtinentiã vſus, inducat̃ ꝯſuetudo
contraria legi. Dic plene per Cy. C. eo. l. ij. in iij. q. Item an re
